Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



sup eos omnia uerba patris huius
q̃ precepi eis ut facerent et non fe
cerunt et dixit dominus ad me
Inuenta est coniuratio in uiris iuda et
in habitatoribus hierusalem Reui
sunt ad iniquitates patrum suorum
priorum qui noluerunt audire uer
ba mea et hi ergo abierunt post deos
alienos ut seruirent eis irritum
fecerunt domus israhel et domus
iuda patrum meum quod pepigi cum
patribus eorum Quapropter hec dicit
dominus ecce ego uidens super eos
malum quibus exire non poterunt
et clamabunt ad me et non exaudi
am eos et ibunt ciuitates iuda et
habitatores hierusalem et clama
bunt ad deos quibus libant et non
saluabunt eos in tempore afflictio
nis eorum Secundum numerum
ciuitatum tuarum erant dii tui iuda
et secundum numerum uiarum hieru
salem posuisti aras confusionis
aras ad libandum baalim Tu ergo
noli orare pro populo hoc et
ne assumas pro eis laudem et ora
tionem quia non exaudiam in tem
pore clamoris eorum ad me in tem
pore afflictionis eorum Quid est
q̃ dilecta mea in domo mea
fecit scelera multa Numquid carnes
sanctae auferent a te malitias
tuas in quibus gloriata es Oliuam
uberem pulchram fructiferam speciosam
uocauit dominus nomen tuum ad uo
cem loquelae grandis exarsit ignis
in ea et combusta sunt frutreta eius
Et dominus exercituum qui planta
uit te locutus est super te malum pro ma
lis domus israhel et domus iuda
que fecerunt sibi ad irritandum me
libantes baalim Tu autem domine
demonstrasti mihi et cognoui tu
ostendisti mihi studia eorum et ego
quasi agnus mansuetus qui portatur
ad victimam Et non cognoui quia
cogitauerunt super me consilia di
centes mittamus lignum in panem eius
et eradamus eum de terra uiuentium
et nomen eius non memoretur ampli
us Tu autem domine sabaoth qui
iudicas iuste et probas renes et corda
uidere ultionem tuam ex eis Tibi enim
reuelauimus causam meam Propterea hec
dicit dominus aduersus uiros anathot qui
quaerunt animam tuam et dicunt Non prophe
tabis in nomine domini et non mo
rieris in manibus nostris Propte
rea hec dicit dominus exercituum
ecce ego uisitabo super eos Iuuenes
morientur in gladio filii eorum et fi
lie eorum morientur in fame et reli
quiae non erunt ex eis inducam enim
malum super uiros anathot annum
visitationis eorum

Iustus quidem tu es domine
si disputem tecum uerumtamen
iusta loquar ad te Quare
via impiorum prosperatur bene est
omnibus qui praeuaricantur et inique a
gunt Plantasti eos et radicem mise
runt prouecerunt et fecerunt fructum Prope
es tu ore eorum et longe a renibus
eorum Et tu domine nosti me uidisti
me et probasti cor meum tecum Con
grega eos quasi gregem ad victimam
et sanctifica eos in die occisionis
Usquequo lugebit terra et herbam omni
um regionis siccabit propter malitiam
habitantium in ea Consumptum est
animal et uolucre quoniam dixe
runt non uidebit nouissima nostra
Si cum peditibus currens laborasti
quomodo contendere poterunt cum equis